



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **S. Odilo Abbas. Cura defunctorum**

**[Köln], [1654]**

SS. Faustinus & Jovita MM. Despectus honoris mundani.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



SS. FAUSTINUS & JOVITA MM.

*Despectus honoris mundani.*

Deus, pro cuius amore Sancti tui  
FAUSTINVS & IOVITA, oblatos seculi  
honores respuerunt; da nobis ipsorum  
exemplo eosdem parvi facere, & ad  
veros in cælis per illorum preces per-  
venire.

*Ora pro ambitiosorum correctione,*



**F**AVSTINVS & JOVITA, fratres Brixien-  
ses, cum fidei ardore flagrarent, à S. Ap-  
pollonio ordinati sunt, hic Diaconus, ille  
Presbyter. Hi ad Adrianum Imperatorem  
delati ab Italico Comite, ipsique Brixiam  
an. 118 venienti adducti, contemptis quo-  
offerebat honoribus, damnati fuerunt  
bestias: quæ in ministros conversæ, Italico  
ipsum, spectante Cesare, una cum aliis pluri-  
ribus devorarunt. Sequenti anno probata  
eorum virtus Mediolani & Romæ est; unde  
in Campaniam sequi tyrannum coacti,  
mari mersi, sed ab Angelis erepti, Neapoli  
advenerunt. Aureliano denique Comite  
permissi, jussu ejus remissi Brixiam, ibidem  
capite plexi sunt an. 120. Corpora Apolloni-  
us eo loco sepelivit, ubi deinde surrexit  
eorum ecclesia, Ad sanguinem nuncupatur  
juxta cœmeterium Christianorum. Hic  
sub an. 806, eadem in urbem attulisse dicitur  
Amphridius Episcopus, ad eam quæ  
nunc Faustini majoris nuncupatur, ad  
Abbatiam & miraculis Sanctorum clara  
maxime post annum 1152, quo nova funda-  
mentis erecta & dedicata. Ibi illorum  
cent in marmorea arca.

*Quanto magnus es: humilia te in omnibus  
& coram Deo invenies gratiam. Eccli. 3.*